



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

Ad D. Cvnegvndem, Qvæ Virginitatis Probandæ Cavssa Solvm Candenti
Ferro Stratum inuiolata calcauit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527



AD D. CVNEGVNDEM, QVÆ
VIRGINITATIS PROBANDAE CAUS-
SA SOLVM CANDENTI FERRO STRA-
tum inuiolata calcauit.

Blandiri culpa rapidus cum nesciat ignis,
Ire per accensos vis quoq; Diua, rogos.
Nudus in ardenti pes audet ludere flammâ,
Scilicet est animi conscius ipse sui.

Quæ subigit ferrum, castas nequit vrere plantas
Pruna, nihil, flammis quod violetur, habent.

Innocua meritò domitas alludere flammâs,
Et prunas animum ponere, Virgo, doces.

Impuros etenim solita est punire, recusat
Ledere virgineos flamma pudica pedes.
Attonitog; tuus iam nunc pes regnat in igne,
Cui dudum domitus seuior ignis erat.

Quæ poteras ipsos calcare Cupidinis ignes,
Proterere & Paphias noxia tela faces,
Quæq; Dionæas Veneris contemnere flammâs,
Nunc quoq; Vulcanum spernere debueras.

